



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio XLV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

## M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

hanc autem conclusionem cū duabus præcedentibus & sequentibus, nō ego primus aut solus, sed omnes & tota ecclesia tenet, nisi quod solus populus hæc nunquam audit, forte timetur, ne nimis cito intelligeret, tam apertam & solitam ueritatem, nam & S. Bonauentu. & cæteri omnes, quādo in hac materia agentes sibi ipsi opponerent, ergo omittenda sunt reliqua bona opera. Respondent unanimiter, nequaç. Quia cætera bona opera sunt meliora, quo ad præmium essentiale obtainendum. Patet ergo conclusio, cū hoc illi dicant, qui tamen afferunt indulgencias esse thesaurum meritorum Christi & ecclesiæ.

## C O N C L V S I O XLIII.

Quia p opus charitatis, crescit charitas, & fit homo melior sed p uenias nō fit melior, sed tantūmodo a pœna liberior,

P A T E T, Quia solum remissio pœnarū ibi datur, nec indulgentiæ plus ualent, ut etiam omnes concedunt, q̄ ut tollant pœnas. At ablatio pœnæ non facit bonū, siue meliore in charitate.

## C O N C L V S I O XLV.

Docendi sunt Christiani, quod qui uidet egenum, & neglecto eo dat pro uenijs, non indulgentias papæ, sed indigationem dei sibi uendicat.

Q V I A peruerit ordinē suprapositiū, & contra id agit Ioan. Si quis uiderit fratrē suum necessitatē habere, & clauerit uisera sua ab eo, quō manet in eo charitas dei: Hanc aut̄ necessitatē nostri sophistæ interpretant̄ extremā, scilicet, ut charitati nunc uel rarissime locū faciant operandi, cum tamen ipsi, si in necessitate essent non extrema, sed prima, uellent se se iuuari, alios uero uolunt iuuare, cum iam exhalarint spiritū. Optimi sane theologi & Christiani, qui faciat hoc hominibus, quod sibi uellēt fieri.

## C O N C L V S I O XLVI.

Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarum est libera, non præcepta.

S A T I S id supra dixi, quod ueniae sunt de numero eorum, quæ licent, non autem eorum quæ expediuunt, quomodo in uite, lege libellus repudiij, sacrificium Zelotypiæ. Et in no. lege lites & iudicia propter infirmos, immo propter duritiā uestram,